

附 录

新分类群特征集要

ADDENDA

DIAGNOSES TAXORUM NOVARUM

Genus Hexinia H. L. Yang, gen. nov.

Herba perennis. Caules erecti multi, ramis infimis divaricatodichotome ramosissimis caespites subglobosos formantibus. Folia basilaria et caulina inferiora pauca, linearia, sessilia, basi semiamplexicaulis, apice obtusa, margine integra vel laxe denticulata, ad apices foliorum dentumque mucronibus callosis ornata, folia caulina mediana et superiora vel interdum folia basilaria in squamas minutas triangulares redacta. Capitula perplurima, pedunculis brevi-grossis 4—10 mm longis. Involucra subcylindrica 8—10mm longa, phyllariis 2—3 seriatis imbricatis margine membranaceis, apice laxe ciliatis, exterioribus 4—6 triangularibus vel triangulato-ovatis minibus inaequilongis, dorsaliter conspicue costatis, apice callosis; interioribus saepe 4, linearibus subaequilongis vel saepe uno quam ceteris brevioribus. Receptaculum planum glabrum. Flores 5—7 flavi; tubi corollarum glabri liquis leviter longiores. Achenia subtriquetro-cylindrica ca. 4mm. longa, leviter compressa, flavida vel flavo-brunneola, 15 costis longitudinalibus subaequicrassis, sub lente paleacea. Pappi albi 5—10 seriati, basi in anulum conferruminati, omnino decidui, disco papporum cum basi styli persistenti in conum constricto.

Genus novum proximum Chondrillae L. et Hieracio L. sed, ex illa differt achenio superiore hand attenuato, 15 subaequicrasso-costato, nondum fusco-tenui-sulcato, ex hoc differt achenio paleaceo, pappo albo basi in anulum conferruminato omnino deciduo, ex ambobus differt pappis 5—10 seriatis, disco papporum cum basi styli persistenti atque in conum constricto.

Genus monotypicum.

Generis typus: *Hexinia polydichotoma* (Ostenf.) H. L. Yang, comb. nov.

Saussurea yabulaiensis Y. Y. Yao Sp. nov.

Suffrutex 12—20 cm altus. Radix lignosa. Caulis in parte basali reliquiis peti-